*Capullo de ſeda.* Bombicis folliculus. *De la roſa.* Calyx, icis. *Del hombre.* Præputium, ii.

*Capùz.* Capitium funebre. Epomis, dis.

*Cara.* Facies, ei. Os, oris. Vultus, us.

*Cara ſin verguenza.* Perfrictæ frontis homo. Os durum, ferreum, impudens, importunisſimum, prædurum. *Con què cara parecerè en ſu preſencia?* Quo ore in conſpectum ejus me commiſerim? *Decirſelo en ſu cara.* Coram aliquid alicui objicere, exprobare. *Cayòſeme la cara de verguenza al oìrlo.* Ad hæc audita oculi mihi, vultus, ac verba conciderunt. *Moſtròme mala cara.* Vultu tetrico, facieque ſubtriſti me accepit. Obvertit os, contraxit frontem. Non æquis me oculis aſpexit. *No hace cara à eſſo.* Alienum huic cauſæ ſe oſtendit. Ab iſta ſententia valde abhorret. *Veamos que cara le hace eſto.* Experiamur, tentemus quo animo, quo vultu, qua fronte hoc accipiat. *Moſtròme buena cara.* Arriſit mihi. Placidum ſe mihi, & facilem exhibuit, præbuit, oſtendit. *Tuvo cara para hacerme cargo de eſto.* Hoc mihi objicere ſuſtinuit. *Hombre de dos caras.* Homo ambiguus, dubiæ fidei, duplex animo, qui aliud, coram alio averſus loquitur, & facit. *La cara ſe lo dice.* Præ ſe improbitatem fert. Facies tua computat annos. *Hacer cara à uno.* Alicui adverſari.

*Carear uno con otro.* Alterum cum altero conferre, componere, comparare. *Carearſe.* In mutuum conſpectum venire.

*Cariacontecido.* Conſternatus, ſubito caſu conturbatus. *Caridifunto.* Exanguis. Metu exanimatus, ore pallido. *Caricuerdo.* Vultu compoſito, disſimulans. *Carieſſento.* Licentior, liberior. *Cariredondo.* Ore rotundo. *Carilargo.* Prælonga facie. *Cariaguileño.* Aquilina facies.

*Cara coſa.* Carus, a, um. *Comprò caro.* Caro emit. *Caro le coſtò la burla.* Caro illi ſtetit ſcurrilis audacia, tergo pœnas dedit, novaculæ aciem ſenſit, decuſſato vulnere deformatus. *Ninguno ay, que dexe de comprarlo por caro.* Nemo eſt, qui pretio deterreatur, quo minus domi habeat.

*Caracòl.* Cochla, æ. Limax, cis. *De eſcalera.* Scalæ cochlea. Cochlis, dis.

*Caracter.* Caracter, eris.

*Caràmbano de yelo.* Cruſta gelu.

*Carambòla.* Globuli repercuſsio.

*Caramelos.* Sacchari cruſtulæ.

*Caramillo.* Calamus, i. Stipula, æ.

*Carantamaula.* Terriculamentum, i.

*Caràtula.* Vide *Màſcara.*

*Caravanas. Hacerlas.* Preludo, is.

*Caravela.* Celox, cis.

*Caravina.* Ferrea fiſtula major.

*Carbòn.* Carbo, onis. *Encendido.* Candens.

*Carbonero.* Carbonarius, ii. *Ser carbonero.* Carbonarium negotium exercere.

*Carbonera, donde ſe guarda el carbòn.* Carbonarium horreum.

*Carbunco, piedra precioſa.* Carbunculus, i. Pyropus, i. *Poſtema.* Anthrax, cis. Carbunculus, i.

*Carcajada de riſa.* Cachinnus, i. *Reìrſe à carcajadas.* Cachinnor, aris.

*Carcava.* Foſſa, æ.

*Carcax.* Vide *Aljava.*

*Carcel.* Carcer, eris. Cuſtodia, æ. *Dieronle la caſa, ò la ciudad por carcel.* Domus, vel urbs cuſtodia illi indicta eſt. Juſſus eſt intra urbem, vel domi ſe tenere, continere.

*Echaronle en la carcel.* In carcerem conjectus, miſſus, ductus, deductus, detruſus eſt. In vincula, ac tenebris abreptus, abductus eſt. Vinculis, ac tenebris mandatus, mancipatus, addictus eſt.

*Eſtar en la carcel.* In vinculis eſſe, in cuſtodia ſervari. In carcere attineri, cuſtodiri, teneri.

*Quebrantò la carcel.* Vincula rupit, perfregit, revulſit. E vinculis evolavit. Aufugit è carcere. Vinculis ſe exolvit, expedivit, exemit. Carceris parietes perfodit, perforavit.

*Carcelero.* Carceris cuſtos, præfectus, janitor, cuſtodia.

*Carcoma.* Caries, ei. *Carcomido.* Carioſus. *Carcomerſe.* Exedi, confici, contabeſcere.

*Carda.* Carminarius pecten. *Los de la carda.* Lanifici, lanarii. *Aqui de la carda.* Huc in auxilium convolate, lanarii.

*Cardar.* Carmino, as. *Unos tienen la fama, y otros cardan la lana.* Alii ſementem faciunt, alii metunt.

*Cardador.* Carminator, oris.

*Cardadura.* Carminatio, nis.

*Cardencha.* Aſpalathus, i. Dipſacus, i.

*Cardeno.* Lividus, a, um.

*Cardenal de golpe.* Livor, vibex, icis.

*Cardenal de Roma.* Cardinalis. Princeps, vel Pater purpuratus Eccleſiæ. *Cardenalato.* Honor ſacræ purpuræ. Cardinalatus, us. Cardinalitia dignitas. Purpurei galeri decus.

*Cardenillo.* Æris flos. Ærugo, inis.

*Cardo de comer.* Carduus altilis. Strobilus, i. *Cardo ſilveſtre.* Carduus ſpinis inhorrens. *Negro.* Chamæleon. *Corredor.* Etyngium. Lerynge, es. *Lechàr.* Carduus ſtellatus.

*Cardillo.* Cardulus tener, & dulcis.

*Carear.* Vide *Cara.*

*Carecer.* Careo, es. Egeo, indigeo, es.

*Careſtìa.* Caritas, annonæ difficultas. *Gran careſtìa ay de mantenimiento.* In magna annonæ difficultate verſamur. Gravis eſt rerum omnium penuria, caritas, difficultas. Pretia nimium aucta ſunt ob rerum penuriam. Annona durior eſt. Nimia rerum penuria laboramus.

*Caro.* Vide *Cara coſa.*





*Carena de navio.* Carina, æ. *Dar carena à la nave.* Carino, as.

*Carga.* Onus, eris. Faſcis, is. *Cargaliada.* Sarcina, æ. *Carga del Arcabùz.* Menſura ſulphurei pulveris, & plumbeæ grandinis ſclopo habilis. *Dar una carga al enemigo.* Pilarum procellam in hoſtes effundere. Plumbea grandine hoſtiles copias premere, urgere.

*Temo dar con la carga en tierra.* Vereor ne oneri ſuccumbam, ne onere opprimar. Vereor ut onus perferam, timeo ut ſuſtineam. Vereor ne tantum oneris ſuſtinere non poſsim.

*No tomeis mas carga de la que podeis llevar.* Ne impar tuis humeris onus ſuſcipias. Ne majus onus ſubeas, quàm quantum ferre poſsis. Ne onus recipias, quod deponere cogaris. *No lo taſſeis à carga cerrada.* Ne temerè rem æſtimes. Ne de re cenſeas, neque expenſa, neque diſcuſſa.

*Cargar à otro.* Onus alicui imponere.

*Cargarſe de algo.* Onus ſuſcipere, aliquid in ſe recipere. *Todo eſto carga ſobre mi.* Hæc omnia unus ego ſuſtineo, meis humeris incumbunt.

*Cargarle una partida en las cuentas.* Summam aliquam illi expenſam ferre.

*Cargar de tributos la Provincia.* Provinciæ gravia vectigalia imponere, imperare. Provinciam tributis onerare.

*Cargòme el ſueño.* Somnus me cœpit. Somno captus fui, oppreſſus fui.

*Cargoſo.* Oneroſus, a, um.

*Cargado.* Onuſtus, oneratus.

*Cargado haveis quedado, bolved por vueſtra honra.* Hæc tibi hæſit macula, cura ut deleas. Eluenda tibi eſt macula, jurgio ſuſcepta. Hoc, quod tibi objectum eſt, refellas oportet. Hoc, quidquid eſt pudoris, abſtergendum tibi eſt.

*Cargo.* Munus, honor, provincia, magiſtratus, us. *Eſte cargo me han dado.* Hoc onus mihi injunctum, hæc perſona impoſita mihi eſt. Has partes ſuſcepi, ſubivi.

*Huelgome que os ayan dado eſſe cargo.* Tibi id munus eſſe delatum, impoſitum: provinciam iſtam tibi datam, delegatam eſſe, plurimum gaudeo. Hoc te munere actum valde lætor. Ad tantæ dignitatis gradum te evectum, promotum, lætiſsimè fero. Te tanto honore affectum, ornatum eſſe, magnopere gaudeo. Et mihi, & tibi gratulor de delato honore. *El cargo dice quien es cada uno.* Magiſtratus virum indicat. *Dexar el cargo.* Magiſtratum deponere, abdicare. Magiſtratu abire, ſe abdicare. *Quitarle el cargo.* Poteſtatem alicui abrogare, magiſtratum adimere. Hominem poteſtate privare.

*Cargo, y deſcargo en las cuentas.* Acceptum, & expenſum. *Hacerſe cargo de alguna partida.* Nomen acceptum referre.

*Cargo, y deſcargo en los pleytos.* Criminis objectio, & confutatio. Objectum crimen, ac dilutum. *Tomar algo à ſu cargo.* Aliquid ſuſcipere, in ſe recipere. *Yo lo tomo à mi cargo.* Ego id in me recipio.

*Cargos de reſidencia.* Criminum capita Pretori abeunti, aut è provincia diſcedenti, objecta. *Hizoſe cargo de que &c.* Objectum eſt illi quod &c. *De eſſo me haces cargo?* Id mihi objicis, vitioque vertis? *En cargo de mi conciencia vaya.* Meum crimen eſto, ego pœnas dabo, ſubibo.

*Caricias.* Blanditiæ, illecebræ. Blandimenta, orum. *Cariño.* Amor blandus. Clanditia, æ. *Cariñoſo.* Blandus, blandiloquus.

*Caridad.* Charitas, pietas, tis. *Caritativo.* Charitate præditus, præcipuus.

*Carlancas, collar de perro.* Millus, i.

*Carmenar à uno.* Carpere aliquem, barbam illi vellere, comas evellere.

*Carmesì.* Purpura, æ. Veſtis conchyliata, purpurea, murice tincta.

*Carmin.* Murex, icis. Conchylium, ii.

*Carne.* Caro, carnis. *De vaca.* Bubula. *De puerco.* Porcina, ſuina, ſuilla. *De javalì.* Aprugna. *De ternera.* Vitulina. *Carne azazonada.* Caro ſalita, conditanea, ſumo durata. *Guiſada.* Jurulenta. *Cocida.* Cocta, elixa. *Aſſada.* Aſſa, aſſata, toſta. *Sin hueſſo.* Torus, i. Pulpa, æ. *Carnecilla.* Caruncula.

*Carne momia.* Caro humana, arena præſervata. *Carne muerta de la llaga.* Cangrena. *Ni es carne ni peſcado.* Neque prodeſt, neque abeſt. *Eſtar en carnes.* Omni veſte nudum eſſe. *Coſa de carne.* Carneus, a, um. *Donde ſe cuelga la carne.* Carnarium, ii.

*Carnudo hombre.* Carnoſus, toroſus.

*Carnoſidad.* Caro vitioſa, & iners.

*Carnal hombre.* Vide *Deshoneſto.*

*Carnalidad.* Vide *Deshoneſtidad.*

*Carnero.* Aries, tis. *El maròn del rebaño.* Admiſſarius. *Caſtrado.* Vervex, cis. *El manſo.* Vervex ſectarius Dux gregis. *Carnero, la carne dèl.* Arietina, æ.

*Carnicero.* Lanius, ii. Lanio, nis. *Lobo carnicero.* Carnivorus lupus.

*Carnicerìa.* Macellum, i. Carnaria taberna. *Donde matan.* Laniena, æ. Carnificina. *Hacer cruel carnicerìa.* Lanienam, vel carnificinam exercere.

*Carneſtolendas, ò carnaval.* Bacchanalia, Dionyſia, orum. Triduum ante cineres, quo plebes debacchatur, ſeque in luxum, & hilaria effundit.

*Carpeta.* Menſæ ſtragula.

*Carpintero.* Faber lignarius.

*Carpinterìa.* Ars lignaria.

*Carpintear.* Dolo, as. Ligna expolio.

*Carraca.* Crepitaculum ligneum. *Navio.* Onenaria miræ magnitudinis.

*Carraſca.* Ilex, icis. *Carraſcos.* Ilicis virgulta. *Carraſqueña voz.* Aſpera vox.

*Carrera.* Curſus, us. Curriculum. *Donde ſe corre.* Hippodromus, catadromus, i. Stadium, ii. *Lugar de donde ſalen à correr los cavallos.* Carceres, um. *Donde paran.* Meta, æ. *Entrar en carrera.* Equos è carceribus emitti, curſum inire, aggradi. *Paſsò bien ſu carrera.* Vitæ curſum feliciter confecit, peregit. *Dar carreritas.* Curſito, as. Ultrò, citròque curſare.

*Carro.* Currus, us. Plauſtrum, i. *De quatro ruedas.* Carrus, vel carrum, i. *De dos cavallos, ò mulas.* Bigæ, arum. *De quatro.* Quadrigæ, currus quadrijugus. *Carro de guerra.* Covinus falcifer. Currus falcatus. *Carro del Cielo.* Helice, es. Septentrio, urſa major.

*Carral.* Dolium, quod carro vehitur.

*Carroza.* Rheda, æ. Currus, us.

*Carreta.* Carruca, æ. Sarracum, i.

*Carretada.* Plauſtri onus. Vehes, is.

*Carricoche.* Ciſium, ii. Arcera, æ.

*Carretear.* Aurigor, aris. Vide *Acarrear.*

*Carretero.* Plauſtrarius, ciſiarius, carrucarius. *El que lo hace.* Plauſtrorum artifex. Carpentarius, ii.

*Carreterìa.* Aurigandi ars, vel ubi currus, aut vehicula fabricantur.

*Carruage.* Curruum apparatus, frequentia.

*Carril.* Orbita, æ. *Salir del carril.* Exorbito, exerro, as.

*Carrillo.* Bucca, æ. *Carrillos de bovo.* Defluentes buccæ, buccis paulò plenioribus. *Comer à dos carrillos.* Cibo utramque buccam implere, infarcire. *Metaph.* Duabus ſedere ſellis, duoſque parietes de eadem dealbare fidelia.

*Carrillada.* Vide *Bofetada.*

*Carrizo.* Carex, icis.

*Carrizal.* Carectum, i.

*Carroña coſa.* Caſcus, a, um. *Viejo carroño.* Senex capularis, decrepitus.

*Carta.* Epiſtola, æ. Litteræ, arum. *Eſcrita por ambas partes.* Opiſthographa, utrinque ſcripta. *Carta grave.* Graviſsimis verbis, ſententiiſque plena. *Sin ſuſtantia.* Futilis, inanis. *De conſuelo.* Con-





ſolatoria. *De reprenſion.* Objùrgatoria. *Poco limada.* Plena feſtinationis, & pulveris, parum limata, parum elegans.

*Carta de pago.* Apocha, æ. Acceptæ pecuniæ ſyngraphum. *De venta.* Venditionis, aut emptionis ſyngrapha. *Carta de marear.* Pyxidicula nautica. *No pequeis por carta de mas.* Ne quid nimium tentes. Ne nimio ſtudio, aut diligentia pecces. Ne quid nimis.

*Cartas generales.* Litteræ certa verborum forma, vel conceptis verbis ſcriptæ. *Amoroſas.* Amatoriæ. *Picantes.* Aculeatæ. *Eſcritas de prieſſa.* Non caſtigatæ, neque emendatæ. *De buenas nuevas de guerra.* Laureatæ, victrices. *De malas.* Triſtia nuntiantes. *Cartas de favor.* Commendatitiæ litteræ. *No ha meneſter cartas de favor para contigo.* Nullius commendatione apud te eget. *Cartas circulares.* Litteræ encyclicæ.

*Eſta eſcrivo de prieſſa.* Hæc ad te properans ſcribo. Raptim, in magnis temporis anguſtiis, hoc ad te litterarum exaro.

*No quiſiera fueſſa larga mi carta.* Nolim in ſcribendo eſſe longior. Nolim longis te litteris obtundere, aut pluribus ad te ſcribere, quám res poſtulat, quàm ſit opus.

*Mucho ha que eſpero vueſtra carta.* Jam diu à te litteras expecto. In ſumma ſum expectatione litterarum tuarum. Jam diu litteras tuas requiro. Abs te tamdiu nihil li.terarum? Tam longum, tam diuturnum tuarum litterarum ſilentium ferre non poſſum. In maximo ſum tuarum litterarum deſiderio.

*Dieronme mucho guſto vueſtras cartas.* Magna ex tuis litteris voluptate affectus ſum. Jucundiſsimæ fuerunt mihi tuæ litteræ, magnæ mihi voluptati fuerunt. Magno ex tuis litteris gaudio perfuſſus ſum. Magnopere tuis litteris lætatus fui. Magna me lætitia tuæ litteræ affecerunt, magna me voluptate perfuderunt.

*Eſcriviòme una carta muy feſtiva, y gracioſa.* Litteras ad me miſit, ſale & facetiis conditas, ſalibus aſperſas, urbanitate, ac jocis ſuaviſsimas. Feſtivas, & ſuavitatis plenas litteras ad me dedit.

*Dos cartas me aveis embiado, que contenian una miſma coſa.* Bis eodem exemplo ad me ſcripſiſti. Binas à te litteras accepi, duas à te epiſtolas habeo, quarum unum eſt, atque idem, & ſententiis, & verbis argumentum.

*Oy me han venido cartas de mi padre.* Hodie mihi à parente litteræ redditæ ſunt, allatæ ſunt. A parente meo litteras habeo, accepi hodie, recepi.

*Eſcriviòme una carta muy picante.* Valde me ejus epiſtola ſtimulavit, altè pupugit, gravioribus me verbis affecit, vulneravit. Orationis aculeos in me erexit, in animo meo reliquit. Acrioribus me ſtimulis agitavit, accendit.

*Eſcriviòme muy enojado.* Acres ad me litteras miſit, ardentes, plenas ſtomachi, & querelarum. Iracundè ad me ſcripſit. Aculeatas litteras ad me dedit.

*Meted mi carta en vueſtro pliego.* Meas litteras in tuum faſciculum conjice. Meas litteras cum tuis eodem faſciculo conjunge, cum tuis mittendas curabis, ſub eodem ſigno claudas velim.

*Abriò el menſagero las cartas.* Linum epiſtolarum tabellarius incidit. Litteras aperuit, reſignavit. Signum rupit, diſſolvit. Epiſtolam ſolvit. *Detuvieronſe en el camino.* In via litteræ detentæ ſunt, retentæ, impeditæ, retardatæ. Litteris allata mora eſt. *Cogieronlas en el camino.* Interceptæ ſunt.

*No traìa fecha vueſtra carta.* In tuis litteris dies non erat adſcriptus. Quo die ep ſtolam ſcripſeris, non addidiſti. Non ſubſcripſiſti epiſtolæ diem. *Hablen cartas, y callen barbas.* Adſcripta provoco.

*No es eſſo para carta.* Non eſt id epi-

ſtolæ committendum. Cave id epiſtolæ committas.

*Cartearſe.* Mutuis litterarum officiis certare, ſibi reſpondere.

*Cartero.* Tabellarius, ii. *El que hace los pliegos.* Complicator, oris.

*Cartel de deſafio, ò de torneo.* Libellus provocatorius ad duellum, aut haſtiludium, publicè propoſitus. *Del Maeſtro de eſcrivir.* Multiformis ſcripturæ ſcitiſsimus archetypus. *De comedias, y otras fieſtas.* Pro comœdiis, aut ſpectaculis publicè propoſiti libelli. *Carteliſta.* Cujus eſt libellos hoſce publicè proponere.

*Cartabòn.* Norma, æ.

*Cartòn.* Conglutinatæ chartæ.

*Cartilla de el A B C.* Alphabetum, i. Abecedaria tabella. Abecedarium. *Leerle la Cartilla.* Officii aliquem commonere, ad officii formulam aliquem exigere.

*Cartapacio.* Codex, icis. *Razon de cartapacio.* Ratio non è re, ſed è codice petita. *Predicador de cartapacio.* De ſcripto dicit, aliena pro ſuis venditat.

*Caſa.* Domus, ædes, ium. Domicilium. *Hermoſamente labrada.* Affabrè ſtructa, artificiosè facta. *De tres altos.* Triplicis contignationis, aut contabulationis. Triſtega, orum. *Caſa Real.* Regia. *De moneda.* Argentaria. *De juego.* Aleatoribus patens. Luſoribus expoſita. *Caſa de contratacion.* Commerciorum ædes. *De ayuntamiento.* Prætorium, ii. *Caſa del campo, ò de recreacion.* Domus ſuburbana.

*Caſa ſola en el pueblo.* Inſula, æ.

*Caſa, ò familia.* Gens, tis. Familia, genus. *Eſto alguno de caſa lo ha hecho.* Hic in domeſtico ſcelere verſatur. *No ſoy ſeñor de mi caſa.* Imperium domeſticum mihi nullum eſt. *Repartir algo por caſas.* In domos ſingulas aliquid diſtribuere, domeſticatim conficiendum curare. *Oy zenarè en tu caſa.* Hodie apud te cœnabo. *En caſa llena, preſto ſe guiſa la cena.* In domo abundanti facilè paratur; quod neceſſe eſt. *Ha avido de eſta caſa grandes hombres.* Multi ex hac familia, domi militiæque clari extiterunt. *Mucho poneis de vueſtra caſa.* Multa addis, atque affers de tuo.

*Caſica.* Domuncula, ædiculæ, arum.

*Caſera muger.* Mulier provida, rei domeſticæ conſulens. *Caſero, que mora en la caſa.* Inquilinus, i. *Caſeria.* Villa, prædium.

*Caſaca.* Gallica palla.

*Caſamata.* Cæca crypta.

*Caſarſe el hombre.* Ducere uxorem. *La muger.* Nubo, is. *Ella deſea caſarſe.* Illa nuptias cogitat, nubere cupit, nupturit. *El no guſta de caſarſe.* Ille à nuptiis, vel à ducenda uxore abhorret.

*Casò vueſtra hermana con hombre muy principal.* Nupſit tua ſoror viro clariſsimo. Vir nobiliſsimus ſororem tuam uxorem duxit, in matrimonio habet. Soror tua viri clariſsimi matrimonio gaudet, viro primario nupta eſt, conjuncta eſt.

*Casòle ſu padre.* Pater illam nuptui dedit, nuptiis locavit, in matrimonio, vel in matrimonium collocavit. *Casòlos el Cura.* Sacro ritu parochus matrimonio utrumque devinxit, ritè conjunxit. *Caſados eſtan.* Matrimonii vinculo tenentur, & jugali vinculo adjuncti.

*Quieren caſarſe.* Matrimonium contrahere cupiunt. Matrimonii jugum ſubire volunt, matrimonio conjungi, copulari. *Buſca con quien caſar ſu hija.* Filiæ conditionem quærit. *Antes que te caſes, mira lo que haces.* Priuſquam incipias, conſulto opus eſt. *Caſaràs, y amanſaràs.* Conjugium virum domat.

*Caſado.* Uxoratus, conjux, gis.

*Caſada.* Nupta, æ. Uxor, conjux, gis. *Recien caſada.* Nova nupta. *Caſados.* Conjuges. *Caſadas, y por caſar.* Nuptæ, & innuptæ.

*Caſado dos veces.* Bigamus, i. *Està muy*





*caſado con ſu parecer.* Sententiæ ſuæ pertinaciter adhæret. Opinionem ſuam mordicus tenet.

*Caſadera doncella.* Virgo nubilis, viripotens. *Ya es caſadera.* Jam matura viro eſt, & nuptiis tempeſtiva.

*Caſamiento.* Conjugium, connubium, matrimonium, maris, & fœminæ conjunctio.

*Caſamentero, ò caſamentera.* Nuptiarum conciliator, vel conciliatrix.

*Caſca.* Vinacea, orum.

*Caſcabèl.* Sonorus ex ære globulus. Siſtrum, i. *Sarta de caſcabeles.* Siſtrorum ſpira. *Sois un caſcabelejo.* Caput cerebro vacuum. *Caſcabelada.* Juvenilis levitas.

*Caſcajo de arena.* Glarea, æ. *De piedra que ſe labra.* Lapidis ſegmenta.

*Caſcajàl.* Saxetum, ſabuletum, i.

*Caſcar nueces, ò avellanas.* Nuces frangere, quaſſare. *Caſcar à uno.* Tundere, quatere, cædere, verberare aliquem plagas ingeminare. *Està ya muy caſcado.* Præfractus eſt, ac debilitatus. Senectutis malis affectus eſt, ac pœne confectus.

*Caſcaras, ò mondaduras.* Putamen, nis. *De huevo.* Ovi cruſtæ, putamina. *Aun no ha ſalido del caſcaròn, y ſe mete à xaque.* Nondum ex pueris exceſsit, & duella crepat.

*Caſco de la cabeza.* Teſta capitis. Calvaria, æ. Cranium, ii. *Para defenſa de ella.* Caſsis ærea. *El caſco de la nave.* Navis ſine armamentis. *Caſco de coſa quebrada.* Teſta, æ. Teſtaceum fragmentum. *Caſcos lucios, ò caſquilucio.* Ventoſum cerebrum. *Puſoſele eſto en los caſcos.* Hoc illi non tàm in mentem, quàm in libidinem venit.

*Caſcante.* Vide *Temerario.*

*Caſcòte.* Rudus, eris. Cœmentum, i.

*Caſi.* Pœne, fere, prope, propemodum. *Caſi nada.* Nihil admodum. *Caſi al punto que ſe acabò el entierro.* Tantum non ſtatim à funere. *Caſi milagroſamente.* Prope divinitus. *Caſi le matò à puñaladas.* Pugione pœne confecit.



*Caſo.* Caſus, us. Fortuna. *No ſe hizo adrede, ſino acaſo.* Non conſulto, ſed caſu factum eſt, fortè evenit, ſors & fortuna tulit. *Es acaſo porque no lo merece?* An quia indignus eſt? Vide *Acaſo.* * *Yo irè en todo caſo.* Ego ibo utique *Harà mucho al caſo que eſtès tu preſente.* Plurimum ad rem confert, ſi ipſe adſis. Permagni intererit, ſi ipſe interſis. *Harà mucho al caſo tomarlo de mas atràs.* Operæpretium erit rem altius repetere. *El caſo pide que ſe haga una demonſtracion.* Severitatem res ipſa flagitat. * *Hacer caſo.* Vide *Eſtimar.* *Què caſo hizo de ti?* Quem locum apud illum obtinuiſti? Quo loco apud illum fuiſti? *No hace ya caſo de los mal veſtidos.* Nos jam illi viles ſumus. Pauperes cognatos vitabundus averſatur. * *Eſtudiar, ò ver el caſo.* Jus, & authores conſulere. *Eſſo no es del caſo.* Hoc ad rem non pertinet, nihil ad rem.

*Caſual coſa.* Fortuitus, a, um.

*Caſualmente.* Fortuitò, fortè, casù.

*Caſpa de la cabeza.* Furfures capitis. Porrigo, inis.

*Caſquete de cuero.* Capitium ſcorteum. Cudo, onis. *Caſquete, ò caſco de hierro.* Caſsis, dis. *Caſquetada.* Temeritas, juvenilis audacia.

*Caſquillo de ſaeta.* Spiculum, i.

*Caſar la penſion.* Penſionem extinguere.

*Caſta, ò linage.* Genus, eris. Stirps, pis.

*Caſtizo.* Nobilis, generoſus.

*Caſta coſa.* Caſtus, a, um. Pudicus. *Si no fueres caſto, sè cauto.* Si minus pudicitiæ, at pudori ſaltem parce.

*Caſtamente.* Caſtè, pudicè, honeſtè.

*Caſtidad.* Caſtitas, tis. Caſtimonia, pudicitia, integritas, puritas, tis. *Muchas doncellas quiſieron perder antes la vida, que la caſtidad.* Multæ virgines vitam ca-

ſtitatis jacturæ poſtabuerunt; morteque voluntaria turpitudinem depulerunt.

*Caſtaña, y caſtaño.* Caſtanea, æ.

*Caſtaño color.* Helvus, ravus, a, um.

*Caſtañar.* Locus caſtaneis conſitus.

*Caſtañeta.* Digitorum crepitus. *Las de madera.* Digitorum crepitacula. *Diò una caſtañeta.* Digitis concrepuit.

*Caſtigar.* Punio, is. Plecto, is. Supplicio, aut gravi pœna aliquem afficere. Supplicium de illo ſumere, in illum animadvertere. Pœnas ab illo poſcere, petere, exigere, ſumere, repetere. *Caſtigarle por juſticia.* Jure, & legibus pœnas ab illo exigere. Jure aliquem ulciſci, pœnas jure debitas ab illo repetere. *Con pena de muerte.* Ultimo ſupplicio afficere, morte aliquem multare, capite punire, plectere.

*Caſtigarle en la bolſa.* Multare aliquem pecunia. Multam illi irrogare. *El ſerà bien caſtigado.* Audaciæ ſuæ pœnam ſuſtinebit. Pœnas improbitatis ſuæ dabit, feret, ſolvet, luet, ſuſcipiet, pendet, dependet. *Mandaronle caſtigar.* Juſſus eſt duci.

*Caſtigo.* Supplicium, ii. Pœna, æ. Animadverſio. *No ſe irà ſin caſtigo.* Non impunè abibit. Haud impunè feret. Non impunitate gloriabitur. Non abibit impunis, impunitus. *Algun caſtigo de Dios te eſpera.* Aliquod tibi fatum impendet. Grave tibi à Deo ſupplicium imminet.

*Caſtigador.* Punitor, animadverſor, is.

*Caſtillo.* Caſtellum, i. Arx, icis.

*Caſtellano, Alcayde del caſtillo.* Arcis præfectus, præpoſitus.

*Caſtòr animal.* Fiber, bri.

*Caſtrar.* Caſtro, as. Virilia execare, amputare. *Las colmenas.* Alvearia caſtrare. Mellis vindemiam facere.

*Caſtròn.* Caper, pri.

*Caſulla.* Planeta, æ.

*Catalogo.* Catalogus, i. Vide *Liſta.*

*Catar las colmenas.* Mella delibare. De favis aliquid detrahere, guſtare. *Quando menos te cates vendrà.* Ex inſperato aderit. Improviſus in te irruet, & aliud agentem occupavit. *Cata que viene.* Ecce venit. Eccum.

*Cata de algo liquido.* Prægustatio. *Hacer cala, y cata.* Quanta res ſit explorare, tentare. Rei capacitatem dimetiri, numerum percenſere. *Catavino.* Urceolus pice illitus, ad vinum hauriendum.

*Catabatallas.* Pugnax, cis. *Cataribetas.* Voluptarius adoleſcens.

*Catadura mala.* Oris deformitas, fœda hominis facies, diſtortus vultus.

*Catarañа, ave nocturna.* Cataracta, æ.

*Cataratas de los ojos.* Suffuſio, nis. Nubecula in oculis. *Cataratero.* Ocularius medicus, Ophtalmicus, i.

*Catarro.* Rheuma, tis. Catharrus, i. Deſtillatio, vel diſtillatio, defluxio. *Eſtar acatarrado.* Deſtillatione laborare.

*Catecismo.* Catecheſis, is. Inſtructio in myſteriis fidei. Chriſtiana inſtitutio.

*Catecumeno.* Catechumenus, i.

*Catequizar.* Baptiſmi candidatum fidei myſteriis inſtruere, imbuere, fidei Chriſtianæ elementis initiare, inſtituere. *El que catequiza.* Catechiſta, æ.

*Cathedra, ò catreda.* Cathedra, æ. Publici profeſſoris ſedes. *Llevò la catreda.* In petitione cathedræ cæteris prælatus. Pluribus ſuffragiis magiſterii honorem, docendi publice munus adeptus, conſecutus eſt.

*Catedratico.* Publicus juris, vel philoſophiæ, aut theologiæ profeſſor, Doctor, Magiſter. *De prima.* Profeſſor primarius. *De viſperas.* Veſpertinæ cathedræ Doctor, moderator.

*Catedral Igleſia.* Catedralis Eccleſia. Epiſcopalis, aut Pontificia ſedes.

*Caterva.* Multitudo, inis. Caterva, æ.

*Catolico.* Romanæ fidei cultor. Orthodoxus, catholicus, i. *No eſtoy muy catolico.* Non uſquequaque valeo.





*Catorce.* Quatuordecim. *Naciò el año de catorce.* Decimo quarto hujus ſæculi anno natus eſt. *Catorce veces.* Quater & decies.

*Catorzal, madero.* Aſſer, eris.

*Cava.* Vide *Cavar.*

*Cavallo.* Equus, i. *Caſtizo.* Nobilis, generoſus. Bæticus. *Enjaezado.* Phaleratus. *Friſon.* Scutulatus. *De poſta.* Veredus. *Trotòn.* Succuſſarius, ſuccuſſator. *Falſo.* Sternax, qui ſeſſorem non patitur. *Deſbocado.* Refractarius. *Eſpantadizo.* Pavidus. *Que tropieza.* Ceſpitator. *Que tira coces.* Calcitro, nis. *Que eſtà muy flaco.* Strigoſus. *De brida.* Deſultorius. *De buen paſſo, Caſtellano.* Gradarius. *Encubertado.* Cataphractus. *De alquiler.* Moritorius. *Enſillado.* Ephippiatus. *De carga.* Sarcinarius. *Para caſta.* Admiſſarius.

*Cavalgar, ſubir à cavallo.* In equum aſcendere, inſcendere, inſilire. *Andar à cavallo.* Equito, as. Equo vehi. *Manejar el cavallo.* Equum tractare, fræno regere, flectere. *Hacer mal à un cavallo.* Equum agitare, verſare, domare. *Hacer gambetas al cavallo.* Greſſus glomerare, ungulas ad numerum colligere. *Ponerſe en dos pies.* Poſterioribus tantum pedibus inſiſtere, ſaltu ſe in aëra librare. *Ir à mata cavallo.* Concitato curſu properare. *No ſe puede tener à cavallo.* In equo ſedere, equo inſidere, hærere non poteſt. *Llevar el cavallo del dieſtro.* Funalem equum ducere.

*Cavalgadura.* Quadrupes, dis. Jumentum. *Que ha cerrado.* Agnomon quadrupes. *Que no ha cerrado.* Abolus, cujus ætas ex dentibus dignoſci poteſt.

*Cavallero.* Eques, itis. Vide *Noble.*

*Cavallero en la muralla.* Tumulus mœnibus impoſitus.

*Cavallerìa en la guerra.* Equitatus, us. Equitum manus. Turma, æ.

*Cavalleriza.* Equile, is. Stabulum, i.

*Cavallerizo.* Hippocomus, i. Equorum præfectus. *Cavallerizo mayor.* Archippocomus. Hipparcus, i.

*Cavallete del tejado.* Dorſum tecti. Aquarum divortium in tecto.

*Cavar, ſacando tierra.* Effodio, is. *Cavar en piedra, ò madera.* Excavo, as. *Cavar viñas, y arboles.* Paſtino, as. *Cavarlas ſegunda vez.* Repaſtino, as.

*Cavador de viñas.* Paſtinator, oris. *De tierra, ò minas.* Foſſor, oris.

*Cava.* Foſſa, æ. *De viñas.* Paſtinatio.

*Caverna.* Caverna, æ. Antrum, i.

*Caution.* Cautio, nis.

*Caudal, dinero.* Pecunia, æ. Summa, æ. *Caudal, entendimiento.* Intelligentia, æ. Solertia, æ. *Hombre de gran caudal.* Vide *Entendido, y rico. Comidete, y mira quan corto es tu caudal.* Tecum habita: noris quàm ſit tibi curta ſupellex. *No hagais caudal de eſſo.* Hæc neglige, nec magni ducenda putes.

*Caudaloſo rio.* Flumen magnum profundum. *Caudaloſa fuente.* Fons largus, copioſus.

*Caudillo.* Dux, cis. Ductor, oris.

*Caviloſo.* Cavillator, malitioſus.

*Cauſa.* Cauſa, æ. Ratio, nis. *Cauſa eficiente.* Res efficiens. Author, artifex. *Cauſa formal.* Forma, quæ dat eſſe rei. *Cauſa material.* Materia, ex qua aliquid fit. *Final.* Finis propoſitus, & intentus. *El fuego, y el ayre ſon cauſas activas, la tierra, y agua paſſivas.* Ignis, & aër movendi vim habent, & efficiendi, terra, & aqua recipiendi. Cic.

*Por ſu cauſa has venido.* Ipſius cauſa, illius ergo, propter illum veniſti. *Por eſſa cauſa.* Propter eam cauſam, propterea. *No ſin cauſa lo digo.* Non temere hoc dico, non ſine cauſa. *Sin cauſa tienes de mi ſoſpecha.* Injuria tibi ſuſpectus ſum. Nullo meo merito de me ſuſpicaris. Temere me in ſuſpicionem vocas. Immerito tibi in ſuſpicionem veni. *Perſuadome que lo harias con cauſa.* Credo te id feciſſe cum cauſa.

*Dios es cauſa de todos los bienes.* Deus bonorum omnium cauſa, fons, & origo eſt. A Deo bona omnia proficiſcuntur. A Deo fluunt, quæcumque proba, recta, ac juſta habentur.

*Tu fuiſte la cauſa de la perdicion de eſte.* Tu pravis tuis moribus adoleſcentem corrupiſti, perdidiſti. Tu vitia illi affricuiſti. Scelerum contagia à congreſſu tuo traxit. Te authore, te duce ad vitia deflexit, defecit, declinavit. Tu facem illi ad flagitia prætuliſti. Per te ſtetit quo minùs in virtutis via ſtaret, produceret, proficeret.

*Cauſar.* Efficio, is. *Causòme eſto mucho guſto, ò diſguſto.* Id mihi magnæ voluptatis, vel moleſtiæ fuit, magnam mihi moleſtiam, aut voluptatem attullit, magna me moleſtia, aut voluptate affecit. Magna ex eo moleſtiam, aut voluptatem cepi, accepi.

*Cauſadòr.* Effector, author, cauſa, æ.

*Cauſtico.* Cauſticum. Medicamentum uſtivum, urendi vim habens.

*Cauterio.* Carnis aduſtio, combuſtio. *El hierro con que ſe hace.* Cauterium, ii.

*Cauterizar.* Carnem candenti ferro adurere.

*Cautela.* Cautio, nis. Solertia, æ.

*Cautelarſe.* Caveo, es. Vereor, eris.

*Cauteloſo.* Cautus, callidus, ſagax, cis.

*Cauteloſamente.* Sagaciter, callidè.

*Cauto.* Cautus, providus, callidus.

*Cautamente.* Cautè, callidè.

*Cautivo.* Captivus, captus.

*Cantivar.* Capio, is. In ſervitutem aliquem redigere, dare, tradere, abducere, abripere.

*Mucho ha que eſtoy cautivo.* Jam diu in miſera ſervitute ſum. Duram nimium diu ſervio ſervitutem. Duriſsimo jam diu ſervitutis jugo premor. In ergaſtuli tenebris, & ſqualore jam diu conficior.

*Cautiverio.* Servitus, tis. Captivitas.

*Ya ſalimos de cautiverio.* Jam ſervitutis jugum depulimus, à noſtris cerbicibus repulimus, rejecimus. Ex diuturna ſervitute charæ libertatis luce recreati tandem ſumus.

*Cauze, por do và el agua.* Aquarum derivatio. Incile, is.

*Caxa.* Capſa, æ. *De anillos.* Dactyliotheca. *De eſcrivanìas.* Graphiaria, theca, calamaria. *De cuchillos.* Cultellaria, theca. *De Barbero.* Xyrotheca. *De Cirujano.* Narthecium, myrothecium. *Caxa de eſpejo.* Lophæum, æ. *Caxa de guerra.* Vide *Atabàl.*

*Caxica.* Capſula, æ. Capſella, æ.

*Caxero.* Capſarius, capſarum opifex. *De mercader.* Arcarius, ii. *Libro de caxa.* Ratio dati, & accepti.

*Caxòn.* Capſa grandior. Armarium, ii.

*Caxoncico de eſcritorio.* Loculus, i.

*Caxones de eſtante.* Librorum loculi. Loculamenta, orum. Foruli, orum.

*Cayado.* Baculus incurvus. Pedum, i.

*Caymàn.* Lacertus, piſcis anthropophagus.

*Cayrèl.* Limbulus, i.

*Cazcarrias.* Sordes pendulæ. Quiſquiliæ, arum.

Ç Vide Z.

## C ANTE E.

*Ce (de quien llama)* Heus.

*Cebar para engordar.* Cibo, as. Sagino, as. *Cebar para engañar.* Ineſco, as.

*Cebo.* Eſca, æ. *Para engordar aves.* Sagina, æ. *El deleyte es el cebo del pecado.* Eſca malorum voluptas, quod ea non minùs homines, quàm hamo piſces capiantur.

*Cebòn.* Vitulus, aut porcus ſaginatus.

*Cebolla.* Cepe. *indeclin.* Cepa, æ.

*Cebolla albarrana.* Scilla, æ.

*Cebollino.* Cepina, æ.

*Cecear.* C, pro S, efferre.

*Cecial, peſcado.* Aſſellus arefactus.

*Cecina.* Caro ſalita, ſale condita.





*Cedazo.* Incerniculum, ſubcerniculum, i. Pollinarium, ii. Cribrum ſetaceum. *Vèr las coſas por tela de cedazo.* Quaſi per tranſennam, aut caliginem res aſpicere.

*Ceder de ſu derecho.* De jure ſuo cedere. *Parece que es razon ceder en algo, y no llevarlo todo por rigor de juſticia.* Remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus. Cic.

*Cedizo huevo.* Ovum Zephyrium. Plin.

*Cedro.* Cedrus, i.

*Cedula.* Schedula, æ. *Poner cedulas en lugares pùblicos.* Protrepticos libellos publicè legendos proponere. In locis celeberrimis edicta figere.

*Cedulones.* Vide *Paſquines.*

*Cegar, perder la viſta.* Oculorum lumine orbari, privari. Cæcutire. Viſum, aut oculos amittere. Cæcari, excæcari. *Cegar à otro.* Cæco, as. Excæco, obcæco. Cæcum aliquem facere, reddere, efficere, oculis privare. *Ciegale à San Anton.* Faxit Deus, ut conatus tuus incaſſum abeat, vireſque in ventum effundas.

*Cegarſe para no vèr lo que es muy claro.* Caligare in meridie. *Ciegale la paſſion.* Cæca cupiditate fertur, rapitur, abripitur. Cæco impetu in ſcelus incurrit. Rationis lumine deſtituitur.

*Cegarſe un aqueducto, ò caño.* Limo tubum, aut aquæductum obſtrui, curſum aquæ retardari, impediri, detineri.

*Cegatòn.* Luſcioſus, i. Myops, pis.

*Ceguedad, ò ceguera.* Cæcitas, tis.

*Ceja.* Supercilium, ii. *Arquear las cejas.* Vide *Arquear.* *Eſpacio entre ceja, y ceja.* Intercilium, ii. Glabella, æ. *El de grandes cejas.* Silo, nis. *Cejijunto.* Conjunctis, & cohærentibus ſuperciliis.

*Cejar los cavallos.* Retrogredi, retrocedere, ceſsim ire. *Hacerlos cejar.* Habenis jugales equos retrorſum agere, adigere, retrotrahere, retrudere.

*Celada, ò capacete.* Galea, æ. *Celada, ò emboſcada.* Inſidioſa manus. Hominis in inſidiis poſiti, collocati.

*Celar, y Celador.* Vide Z.

*Celda.* Cella, æ. Cellula, camera, æ.

*Celebrar.* Celebro, as. Concelebro, as. *El dia de fieſta.* Diem feſtum agere, agitare. Diem divo Joanni ſacrum, Deiparæ dicatum colere, honorare. Diei celebritatem cultu, & veneratione proſequi.

*Celebrador.* Laudator, buccinator.

*Cèlebre coſa.* Celebris, ſolemnis, e. Celeberrimus. *Hizoſe cèlebre con aquel delito.* Commendationem, & nomen ex ſcelere duxit. Ex flagitio nomen ejus inclaruit. *Querer hacerſe cèlebre con una hazañerìa.* Laureolam in muſtaceo quærere.

*Celebridad.* Celebritas, ſolemnitas, tis.

*Celebro.* Cerebrum, i. *Caer de celebro.* Retroruere, occipitio cadere.

*Celemin.* Chænis, icis. Semodius, ii.

*Celeſtial.* Cœleſtis, e. Æthereus, a, um.

*Celibato.* Cælibatus, us.

*Celidonia, yerva.* Celidonia, æ.

*Celogìa, ò celosìa.* Cancelli, orum. Tranſenna, æ. Clathri, orum. *Ventana con celosìa.* Clathrata feneſtra.

*Celo, celoſo.* Vide Z.

*Cementerio.* Vide *Cimenterio.*

*Cena.* Cena, æ. *Cenar.* Ceno, as. *Cenar fuera, yà con unos, yà con otros.* Foris cœnitare, cœniculas facere, cœnas abire. *En cenando ſe fue à paſſear.* Cœnatus deambulatum abiit.

*Cenador.* Cœnaculum, i. Cœnatio, nis.

*Cenagàl.* Volutabrum, i.

*Cenagoſo.* Cœnoſus, lutulentus.

*Cenceño, pan.* Panis azymus, ſyncerus.

*Cenceño, hombre.* Corpore gracilis.

*Cencerro.* Crotalum, i. Tintinnabulum bubulum. *A cencerros tapados.* Clam, occultè. Silentibus tubis, & tympanis. *Quien vacas ha perdido, cencerros ſe le antojan.* Qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.

*Cendàl.* Nebula ſerica, aut byſsina.